



Joh. Frid. Gitter.
A. d. L. 1750.

Afros ff. 136

M. C. v. L.


— OT


Zn Schriften
viele


J. VI, 888

~~J. IV~~

Am 10. Februar
1888
gekauft
für 100 Mark







Hoc in volumine contractus.

- 1) Bekämpfung über die Verfehlung des Monusses. Halle 1749.
2) Von den Völkern des Reichs. Jena 1748.
3) Die Größe der menschl. Völker und ihres Reichs. Jena 1747.
4) Auf die Geschichte der vornehmen vollenbaren S. geöffnet. Halle 1747.
5) Der Ursprung des berühmten Babylonias. Halle 1747.
6) Der alte Rom. Jena 1747.
7) Geschichtliche Grundzüge des Geschehens des Hellen in der griechisch-Römischen Welt 1752.
8) Von den ersten drei Olympiaden. Linz 1752.
9) Das Volk. Frankfurt 1748.
10) Die Kurfürsten gemäßigst gestaffelt nach woher die Monarchie in den Städten geschaffen ist. Jena 1747.
11) Von der Rechtlichkeit der vorzüglichsten Rüffling. Jena 1748. ~~Prüfer~~ Jena 1747.
12) Von neuen Reichen des Menschen. Mainz 1748.
13) Geschichtliche Thesen. Jena 1748.
14) Das Reichsrecht ist die Natur: Propositio auctio. Helmstedt 1747. ~~Zuehr~~
15) Die Spuren sind Greif. Deßwegen durchdringt Herkunft Helle. Jena 1747.
16) Die Immaterie selbst des Volkes. Berlin. Frankfurt a. M. 1740.
17) De eloquentia Domini 1703.
18) De eloquentia cunctore ad philosophorum scholas remittendo. Wriegel 1740.
19) utrum oratores et poetae sunt ac raro ambi. Wiedenburg. Jena 1749.
20) De exemplis in oratione. Walther. Helmstedt 1747.
21) De arte et processu artis critica apud vet. romanos. Walde. Jena 1747.
22) De arte critica veterum Rom. Walde. Jena 1748.
23) De finit. licentia poetica confundendo. Reichard. Braunschweig 1745.
24) De poetis suis exarci cur hodie elegantiores litterae y. Breitkopf. Helmstedt 1747.
25) De colloquio religiosis. Heinrichius. Helmstedt 1749.
26) De conciliis. Friederichus. Braunschweig. Helmstedt 1747.
27) De circumspectione heresiologica. Helmstedt 1747.
28) De patrum primorum ecclesie felicitiori successione. Helmstedt 1748.
29) De meritis Hom. in tribulatis Christi. Hespe. Helmstedt 1748.
30) De conuerso paucis Westph. in ecclesia. Tertord. Helmstedt 1748.
31) annotationes evang. Genes. XI in A. G. Psicharii Quoniam. Helmstedt 1743.
32) Taper vita regnata Leontius. Christi. Tertord. Helmstedt 1747.
33) De philosopho vero practice. Halle. Jena
34) De piestate ministri ecclesie ab auctoritate examinanda. Braunschweig. Helmstedt 1740.
35) Meditationes de Humilitate Nicolai. Helmstedt 1750.

- 36) de spiritu precua Zoth Wittemberg 727.
37) extra ecclasiam uno dñi salutis Barazartus Hale 742.
38) vindictio denunciatione sive nuntiis & pœna a suspicione circumstantiæ Barazartus Hale 742.
39) Christi rebirtha tua pœna excommunicatio contra Whista Dantz Frankf. pag. 743.
40) de Hispani Iudeor. et traxor: iugis fidei pœnae inimico lfor. 1. cap. 3. de Regia Ep. larga 748.
- 41) de causis erroris circa doctrinam de ecclesia Weizmann Lubinge 742.
42) Veritas dicitur: Livel facta expulsa tamen usq; occurrerat Weizmann Lub. 740.
43) de congregatione non defensanda qd' Ets: X. 25. Peregrinus Lubinge 748.
44) de germina et spuria edificatione spirituali & Barazartus Hale 744.
45) de conversione non in plantarea Barazartus Hale 745.
46) de timore et amore deo debito Krechowius Rypsic 716.
47) de terrenis Christi popludendis Gott Lubinge 745.
48) de vera ratione felicitatis ex Pr. 1. triander Lubinge 720.
49) de vera Theologia Johanna Nebelius 685.
50) de Theologia experimentali Weyerstorff Wittemb. 711.



49 4

DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
**VERA PIORUM
FELICITATE**

EX
PSALMO PRIMO,

Cujus Partem Primam

JUVANTE DEO,

Mandante Serenissimo Würtembergiæ Duce,

PRO LOCO

In Facultate Theologica rite obtinendo

Publico Examini submittit

**JOHANNES RUDOLPHUS
OSIANDER,**

SS. Theol. Prof. Ord. Illustris Stipendii Theol.

Superintendens, & Ecclesiastes.

Universitatis h. t. **RECTOR,**

RESPONDENTE

M. JOANNE CHRISTOPHORO VARENBULERO,

Illustris Stipendii Repetente.

Ad diem 27. April. A. MDCXX.

TUBINGÆ

Literis Johann Cunradi Reissi viduæ.

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE

AERA PIORUM
FELICITATE

PSALMO PRIMO

DE

PROLOGO

IN EPISTOLE TECNOLOGIAS HIC APPARENS QD

PROLOGO EXEMPLI APPARENS

JOHANNES RUDOLPHUS
SCHIANDELLER

SS. TRIN. PROLOGO QD. INTRODUCTIO DISCERNENDI TRINITY

SUBTILITATIS ET ECOLOGIAE.

UNIVERSITATIS ET ECOLOGIAE.

EXAPOEMATA

W. JOVANNI CL. GUSTAVIUS GOR. ARTHUR. BULLETRIO.

ILLIBRIS ALLEGORIIS SECRETARIIS.

AN. MDCCLXIX. A. MDCCLXIX.

TURINAE

PETRILO JORDANI CANTABR. REILLI AVBNE.





סְלֵל תַּפְּתַּח.

TEXTUS HEBRAEUS.

¶ 1.

אשרי האיש אשר לא הילך בעצת רשעים וברוך חטאים
לא עמד זובם שב לערם לא ישב:

¶ 2.

כִּי אָמַ-בְּתוֹרָה יְהוָה חָפֵץ וּבְחוֹרָתוֹ יְהִנֵּה יוֹם וּלִילָה:

¶ 3.

וְהִיא כָּעֵץ שָׁחָל עַל פְּלָנִים אֲשֶׁר פָּרוּ יְהִן בְּעַתָּה
וּעַל הָאֵיכָל וְכָל אֲשֶׁר-עָשָׂה יְלִיחָה:

VERSIO D. LUTHERI.

1. Wohl dem / der nicht wandelt im Rath der Gott-
losen / noch tritt auf den Weg der Sünden / noch sitzt /
da die Spötter sitzen.

2. Sondern hat Lust zum Gesehe des Herrn / und
redet von seinem Gesch Tag und Nacht.

A

3. Der

3. Der ist wie ein Baum gepflanzt an den Wasser-
Bächen / der seine Frucht bringet zu seiner Zeit / und seine
Blätter verwelken nicht / und was er macht / das gerath
wohl.

VERSIO SEBASTIANI SCHMIDII.

v. 1. Beatus Vir, qui non ambulat in consilio impiorum,
& in via peccatorum non stat ; & in sede irrisorum non sedet :
v. 2. Sed in lege JEHOVÆ beneplacitum ipsius est ,
& in lege eius meditatur diu nocteque.

v. 3. Erit enim sicut arbor plantata juxta rivos aquarum,
que fructum suum dabit in tempore suo , foliumque ejus non
decidet : & quicquid fecerit , prosperabitur.

ΑΝΑΤΣΙΖ.

Rgumentum hujus Psalmi hisce duobus qua
verbis concipi potest : quod sit descri
ptio pii & impii. Dividitur vero in
tres partes. Prima continet statum pio
rum vel beatitudinem impiorum depingit. Tertia causas di
versitatis exponit. Partes itaque ejus sunt tres : quo tamen
commodè ad duas reduci possunt : Propositio continetur v. 1.
2. 3. 4. 5. ΑΠΟΔΟΣΙΣ līve confirmatio v. 6. Propositionis
duo sunt membra principalia : I. descriptio beati hominis seu
vera felicitatis & beatitudinis piorum v. 1. 2. 3. II. descriptio
impii seu summæ miserie impiorum v. 4. 5. Propositio est :
Pius est beatus : cujub subiectum duplíciter describitur,
I. AB.

I. ΑΡΣΕΙ quid non faciat. v. 1. ἀρσίς, negatio, remotio seu fuga
 mali declaratur juxta nonnullos διαφάσει seu climate. 1. Per-
 sonarum, hominum sc. impiorum, peccatorum, irrisorum.
 (2) Consuetudinum, consilii, viae, cathedrae. (3) Actionum,
 ut ambulare, stare, sedere. Incrementum Rheticum in tri-
 bus distinctis membris, secundum gradus totidem improbo-
 rum querendum esset. Quorum primus gradus: fuga sim-
 plex **בְּשִׁירָה** improborum, animo maxime vel intrinsecus ta-
 lium; quibus ideo **עַזָּה** atque **הַלְּךָ** i. e. converratio adscribi-
 tur: Secundam classem constituant **חֲטֹתָה** peccatores actuali-
 ter & maliciose peccantes; quibus ideo **דֶּרֶךְ** via, habitus vel
 usus **עַמְּדָה** static tribuitur. Tertiam classem **לְאֵיכָת** omnium
 pessimi, quibus **מֹשֵׁב** cathedral, sedem & sessionem ipsam
 placidam vel securam tribuit, sibi vindicant. Sunt vero alii
 Exegeta qui **καλιλογίαν** agnoscunt tantum, seu quod idem di-
 versus nominibus ad exaggerationem pleniorum dicatur. Sub-
 jectum secundo, describitur ΘΕΣΣΕΙ, quid faciat v. 2. κατάφασις,
 sive θέση, quibus studendum nempe Beato Viro vel simplex est,
 v. 2. vel per amplificationem fit, v. 3. Illius tria membra sunt,
 sive gradations piorum in incremento pietatis. Primus gradus:
חַבֵּץ בְּחַרְוָה יְהוָה: Secundus: **תְּרוּמָה וְלִילָה**:
פְּרָדִיקָטָם dupliciter exornatur simili ab arbore frugiferis
 desumpto v. 3. que describitua a situ: (1) **פְּלָגִי מִים** שוחל על
 (2) a fructibus: **אֲשֶׁר פָּרֵז בְּעַתָּה**: (3) a veritate perpetua:
עַל הַזְּהָבָה: Quibus conclusionis loco subjungitur appli-
 catio dictorum haec tenus ad **אֲשֶׁר הָאִישׁ**: His verbis:
יְלִיחָה: Pradicatum porro exornatur antithesi sive
 contrario, infelicitate sc. impiorum qua etiam describitur κατά-
 φασις v. 4. membra hujus vers. sunt: (1) Antithesis nuda &
 simplex: **לְאֵיכָת רְשָׁעִים**: (2) θέση, infelicitatem impiorum

A 2 aptif.

aptissima similudine , sumta a gluma declarans , quæ indicat malorum conditionis (1) vilitatem , (2) inconstantiam , (3) malitiam . **כִּי אָכַב כְּמֵץ אֲשֶׁר הָרְפָנוּ רֹוח** : *Prædicatum exornatur antithesis , qua porro describitur : κατ' ἀρσῶν τ. 5.* Accommodatio plenior ad binas , misericordia impiorum species : 1. Damnatio in judicio in primis illo Universali in his verbis : **רְשָׁעִים בְּמַשְׁפָט** . (2) exclusio a communione justorum beatorumque : **עַל כֵּן לֹא יִקְמֹ** . *Επίδοσις confirmationis causarum explicatio felicitatis piorum & infelicitatis impiorum v. 6. subjicitur .* Causas itaque exponit in *αἰτιολογίᾳ* diversæ hujus conditionis ; beatitatis piorum & misericordia impiorum , ratione piorum , paternus DEI favor ac cognitio ponitur : **כִּי יָדַע יְהוָה דֶּרֶךְ צְדָקִים** . notitia approbationis : ratione impiorum ponitur DEI iustitia : **וְדַרְךָ רְשָׁעִים תָּאכַר** . peribit sua culpa , Deus enim utrorumque viam distincte agnoscit .

TRACTATIO.

¶. I.

טוֹבוֹרֵה הָנָבֵר , **אֲשֶׁרִי הָאִישׁ** , Beatus Vir] Targum : **Sy-rus** : beatitudines Viri . Arabs : beatitudines sua Viro . R. D. Kimchi , & R. Slomoh . Beatitudo Viro . Vulg . Beatus Vir . LXX . **μαρτυρός** . Theodotio τέλευτος . Piscator . Seelig ist der Mann . B. Luth . **Wohl dem** . Quidam nominis , quidam particula induisse naturam statuunt . Hinc nonnulli reddunt : Beatus Vir : Alii , Beatitudines Viri , ex genio linguae , q. dicas : Beattissimus Vir ; & accipiunt **רְאֵשׂ** pro nomine plurali in reg. posito , uti Chald . & Syrus conf . Tarn . in exerc . Bibl . 1761 . Apud Ebraeos enim abstractum pro concreto , sive substantivum pro adjetivo , etiam in regimine non sine emphasi insigni ponitur & superlativam locutionem non raro infert . e.g. Gen . III , 6 .

XII,

XII, 2. Cant. V, 16. in regim. Gen. XXIII, 6. Jerem. LXIX,
 15. vid. Glass. Phil. S. I. 3. tract. I. canon. 7. & 8. p. 25. & 28.
 Alii o beatè, o bene Virum illum, o beatè illum! ita ut sit ex-
 clamatio Rhetorica, intimum animi Prophetæ affectum indi-
 cans, quasi Propheta considerans vana hominum studia, pro-
 rumpat tandem: o beatè illum! Existimant hi Philologi
 particularam esse sive adverbium formæ: idemque
 significare, quasi dicas: o beatè (illum) o bene: uti Plautus in
 Sticho Act. V. sc. 4. bene vos, bene nos, bene te, bene me &c.
 Quum enim nominalis forma **אשר** (singulare ex analogia esset
אשר, ut **אמר אשר**) non legatur, & in compositione etiam
 non dicatur sed **אשר** rectius statui, esse interjectio-
 nem, & itiusmodi Phraseologiam, qualis est, Euge, bene
 te, bene me. Regerunt vero alii ut sit inusitatum
עכְרָךְ מִלְאָךְ in singulari numero, esse formæ usitatissimæ
אשר: plur. formæ **אֲרוֹם**, **עֲנָדִים**, **אֲשֶׁרִים**: in reg. **אַרְצָה**:
אֲרוֹן **עַבְדִּי**: & sic esse nomen Ebraicum pluralis numeri ad
 formæ excellentiam indicandam q. d. Beatitudines omnigenæ
 quam hujus quam futuræ vitæ hic promittuntur. Unde Kim-
 chi in Comment. in h. I. Ideo in plurali poni Beatitudines,
 quod non unum tantum genus boni aut prosperitatis sufficiat ad
 beatitudinem, sed quod **טֻובּוֹת רַבּוֹת** bona multa debeant
 concurrere. Ac res quidem eo fere reddit, si sensum aut trans-
 positionem vocabuli respicias sive status esse, nomen, sive par-
 ticula naturam induisse. Existimamus tamen, citra cuiusdam
 præjudicium, esse nomen, inque statu regiminis positum. Isto-
 rum enim sententiam qui naturam particulae induisse statuunt
 multis premi difficultatibus Glassius & alii existimant, & re-
 lista analogia illa communi, receptaque, tot exemplis confor-
 mataque forma, ad particularia quedam exempla defletere.
 Hoc enim notandum esse quod tantum sexies status affixionis
 nominis **אשר** occurrat; cum contra status constructus, trecies &

octies occurrat : אָשְׁר־בָּיַס, Deut. XXXIII, 29. & Ps. CXXIX, 2.
 semel Eccles. X, 17. אָשְׁר־בָּיַס Prov. XIV, 21. c. XVI, 20.
 אָשְׁר־הָיָה Prov. XXIX, 18. Obstare dicunt affixionis formam quia
 in hac non reperiatur אָשְׁר־הָיָה אָשְׁר־הָיָה vel אָשְׁר־הָיָה sicu-
 ti est : אָשְׁר־עֲבָדָיו, אָשְׁר־עֲבָדָיו sed עֲבָדָיו. Verum paucissima
 sex vel quatuor exempla , ubi in statu affixionis reperiatur non
 derogant trices & octies receptae vocis forma. Abstractum pro
 concreto positum denotat superlativam locutionem : quasi dicas :
 vere atque longe beatus Vir hic est , multis imo omnibus mo-
 dis est beatus , 1. Tim. IV, 7. 8. Est μακρολογία sive attributio
 beatitudinis , absolute & consummata , qua excludit omne
 malum quod improbos manet , & complectitur omne bonum ,
 quod recte & ad honorem D E I optare potest. Ps. XXXII, 1.
 Ex emphasi enim vocis אָשְׁר־ & ex toto hoc psalmo liquet : vi-
 tam æternam & in V. T. fuisse promissam , & ex ipso D E I pro-
 missio a fidelibus expectatam. conf. Ps. II. v. ult. Ps. XXXI,
 2. &c. Job. XIX, 25. 26. 27. Hab. II, 4. Joh. V, 39. 2. Tim.
 III, 15. Solstitiali vero solis radio clarius hoc appareat ex cap.
 XI. Epist. ad Hebreos v. 9. 10. 13. 14. 15. ubi dicitur, Patres
 V. T. peregrinos & advenas in terris expectasse civitatem funda-
 mentum habentem , cuius opifex esset ipse Deus. Item qua-
 sivisse patriam meliorem nempe coelestem. add. Dan. XII.
 v. 2. & 3. Matth. XXII, v. 31. 32. & 33. Inservit porro vox
 אָשְׁר־ refutationi Pontificiorum , qui ex hoc loco probare vo-
 lunt operibus nos fieri justos , & beatitudinem a nobis parari
 operibus nostris ; quia beatus prædictetur , qui non ambulat in
 consilio impiorum &c. Nam ut omittam , quod ipsa vox non
 sine causa nunquam nisi constructa reperiatur , quis unquam ita
 perfecte malum fugit ut non aberret ? Ps. XIV. 3. Nemo igitur
 hoc pacto salvatur , ex lege Rom. III, 20. Notandum ita-
 que quod hic non describatur forma in qua consistat justificatio ;
 sed subjectum nempe justificatus ex suo effectu , quod est de-
 cli-

clinatio a conversatione impiorum. Ita Marth. V, v. 4. beati dicuntur, qui lugent, non quasi formaliter in luctu constat beatitudo, sed quia haec perpetua est fors piorum, lugere: Dicit haec ipsa similitudo in hoc Psalmo (de qua in sequentibus dicemus) bona opera fidei non esse formam, sed effectum. Ut enim fructus arborem non constituant, de bonitate tamen arboris testantur: Ita bona opera fidem non formant (utpote quae suam habet peculiarem formam, apprehensionem sc. meriti Christi) sed ex ipsa tanquam fructus producuntur. Unde patet fallac. caus. committi a Bellarmino I. 4. de justific. c. 20. cum hinc probare contendit, operibus nos fieri justos, quibus nos, qui justi sint indicari statuimus. Ceterum David hic Dominum suum atque filium in Spiritu imitatus est, qui & suam doctrinam a beatitudine exorsus fuit Matth. V. Prædicato ita simpliciter posito, subiectum propositionis sub-jungitur: שָׁמֵן ille ipse Vir beatus est, vel beatitudines Illius Viri. וְנִנְחַת est nomen sexus hoc loco, peculiare individuum non depingit, sed per Syneedochen speciei, marem foemianam adeoque quemvis hominem significat, ceu patet ex Ps. CXII, 1. quod per אֲנֹנוּ Ashri Job. V, 17. Et. LV1, 2. שְׁמֵן Psalm. XXXII, 2. explicatur. conf. Psalm. LXXXIV, 6. Prov. III, 13. c. XXVIII, 14. Exod. XIX, 13. Absolute positum notat Virum præstantem, excellentem: 1. Sam. XXVI, 15. & dicebat David ad Abner: nonne וְנִנְחַת Virtu es? & quis est sicut tu in Israel? Pium in specie, in nostro loco & Jer. V, 1. Querite in plateis, an inveneritis וְנִנְחַת? an sit querens veritatem? נִנְחַת emphaticum præfigitur, quod gracorum articulo respondet, quo nimis major reddatur emphasis (habet enim vim ostendens ostensivam) & ille Vir digito quasi ostendatur cui sequentes nota competunt. Omnibus quidem Deus hanc felicitatem & beatitudinem in verbo offert, & omnes vult saluos fieri 1. Tim. II, 4. pauci tamen sunt, qui viam arctam insistunt Matth. VII, 14. adeo ut fere digito demonstra.

strari queant, quod **נִ** emphaticum nomini Ebraeo præfixum significat. Enitendum ergo nobis, ut ingrediamur per portam angustam Luc. XIII, 24. Vir Beatus porro describitur **κατ'**
ἀναγέσιν. 2. **κατὰ θεον.**

אֲשֶׁר לֹא הָלַךْ בְּעֵדָה Qui non ambulat in consilio impiorum] Haec tenus subjectum, potius propositio integra. Cujus tria membra vel gradus totidem sunt: primus fuga impiorum simplex. Siquidem Horat. I. i. epist. ad Mæcen.

Virtus est vitium fugere, & sapientia prima
Stultitia caruisse.

& quorsum Paulus ex Menandro, 1. Cor. XV, 33. **Φθίζεται οὐδέποτε νεανίς:** Corrumpt bonos mores colloquia prava. Indicato subiecto uti jam diximus sequitur nunc ipsa Descriptio & quidem ea quæ fit **κατ' ἀρσῖν.** **הַלְלוּ** metaph. usurpatur de vita, moribus & actionibus Prov. X, 9. **הַוְלֵל** qui ambulat sincere, & idem est ac conversari cum aliquo aut in re aliqua occupatum esse confi. Pl. CXIX, 1. Gen. V, 22. 24. c. XVII, 1. Præteritum pro præfenti ponitur. Solent loqui (inquit Aben Ezra in Comment.) de præfenti tempore in præterito, etiam in futuro, ita quidem ut in generalibus sententias verbis præteriti aut futuri temporis non tam significetur quid factum aut futurum sit, quam quod perpetuo fieri solet ac debet. Ebraei enim tempus præsens ratione formæ sive inflexionis verbi non habent: efferunt tamen nihilominus per partcipium præsens vel futurum crebro etiam per præteritum, & actus continuus eo indicatur. vid. Glæs. Phil. S. I. III. tract. 3, can. 46. p. 370. & I. IV. tract. 2. observ. 20. p. 736. Hinc re-
ete Chald. & Syrus: qui non ambulat. Arabs: qui non se-
status est. LXX. **εἰς γῆ ἐπορεύεσθαι.** Vulg. qui non abiit; non satis accurate. Luth. Der nicht wandelt. Notamus porro tres cli.

Climaces negative proferri, more enim Scripturæ locutio quæ affirmativa est, addita negatione vehementius negat. Sic e. c. Matth. XII, 20. Et. XI, II, 3. non frangere, est maxime consolidare: non extinguere, est nunquam non clementissime ferre. Sic Prov. I, 25. non voluistis, h. e. gravissime ac pertinaciter averfati estis. Ezech. XVIII, 32. c. XXXIII, 11. non declarari, idem est ac summe & extreme detestari, semper naufragare mortem impii & morientis. Plura exempla vid. apud Glafs. Philol. S. Lib. IV. Tract. 2. Observ. 15. p. 750. seq. Quoniam itaque locutio hæc negative concepta cum quâdam Emphasi denotat contrarium affirmatum; hinc non ambulat, non sedere, idem est ac summo studio & conatu, & semper detestari ac fugere prava fodalitia. Insignis וְאַתָּה triplicata sive gradatio in comitate primo hujus Psalmi reperitur. I. In Nominibus: רְדֵךְ יְמִינֵת אֶתְנָאִת רְשֻׁעַת. II. Vocabulis: עֲזָה & מֹשֵׁב. III. Verbis: עַמְּדָה הַלְּךָ & שָׁבָת. Incrementum in Propositionibus integris tribus, simul summis: qui non ambulat in consilio impiorum, qui non stat &c. vid. Glafs. Philol. S. L. V. Tract. 2. c. 7. p. 572. seq. & c. 1. p. 518. seq. Incrementum in nomen sciem. gen. in regim. A. וְעַיְלָה consuluit, consilium init, dedit, וְעַיְלָה consilium; sollicita mens agitat. In Sacris Literis notat in specie internas technas & εἰδυνηταῖς seu Διάλογοισιν; impiorum, quibus ac furiis quasi agitati, non habent ubi consistant, quin id querant, quo alios perdant, Job. XXI, 16. XXII, 18. X, 3. conf. Ps. XIV, 1. LIII, 2. X, 4. & vox וְעַיְלָה ut & שְׁעִים indicate, קְרֻשָׁה, Kimchii & aliorum Doctorum opinione, habet notiō nem רְדֵךְ inquietudinis. In hoc Psalmo, ut v. 4. 5. 6. posnitur hoc nomen generalius, ut notet ḥev dñk tñk tñv kñj kñtakñx kñmuv, turbatorem ordinis, damnatum, justitiae expertem. Ita in N. T. δοῦλοι, quod opponitur δικαιοί vel δεδικουμένοι justo vel iustificato, est id ipsum וְעַיְלָה impii sunt, improbi animo, mente iniqua ac turbulentia, irrequieti, qui anime

perturbationibus agitantur assidue varii & malis, instar maris,
 ac proin nulla gaudentes conscientiae tranquillitate, ceu Esaias
 comparat eos c. XLVIII, 22. LVI, 20. 21. Improbi qua-
 si mare fervens, quod quiescere non potest. Non est pax im-
 probis Prov. IV, 16. Non dormiunt nisi malefecerint Job.
 III, 17. Ibi in sepulchro cessant improbi a tumultu Job.
 XXXIV, 29. Opponitur הַשְׁׁמִינִי qui est quievit. Per υρίτην igitur hic non
 proprie notatur ille, qui in malis callum plane obduxit, sed
 qui varii anima cupiditatibus æstuans in continuo est nequi-
 tiae motu. Radix est υρίτην turbidus, inquietus fuit. Chaldeus
 eundem in fenim cum fontibus reddit בָּלְבָרִת: LXX.
 εὐβλαβής οὐ φένει. Theodos. εὐβλαβής οὐ φένει. Luth. In Rath
 der Gottlosen. R. Aben Esra in Comment. hic describit ta-
 les: Improbi sunt, qui non subsistunt super dispositione una.
 Est igitur ambulare in consilio impiorum (hoc primo mem-
 bro) mores ac studia imitari talium, frequentare cœtus simili-
 um hominum, qui varii cupiditatibus æstuant, ut opes conqui-
 rant, potentiam consequantur, qui in nulla re alia sunt, quam
 ut secum consilia, varias technas & molitiones ineant, quibus
 molesti sint DEO ac hominibus. Non igitur ducamus jugum
 cum infidelibus 2. Cor. VI, 12. cum hic beatus predicetur qui
 non ambulat in consilio impiorum 1. Tim. VI, 12. Et in via peccatorum non ste-
 tit. LXX. καὶ οὐδὲ παρεγκαθὼν εἰς τὴν στάσην. Chald: Et in itinere pec-
 catorum non stetit. Luth. Doch tritt auff den Weg der Sün-
 der. A'νεβασις est. Gravius enim est stare in via peccatorum,
 quam quod præcessit. Via dicitur modus agendi certum secun-
 dum præfixum habens. Qui in eam viam insister, cui meta non
 est constituta quam oportebat constitui, is veram relinquit.
 Per δρόμον hoc loco intelligitur vivendi consuetudo eaque longa
 & inveterata, metaphora defumta a via trita, vel semita, hinc
 metaphorice usum, quasvis inveteratas diuque calcatas con-
 sue.

suetudines significat, conf. Gen. VI, 12. XVIII, 19. Jer. XXII, 24.
Jes. VIII, 11. X, 24. Chaldaeus egregie reddit: חַבֵּן לֹא קָם

אָרֶחֶת וְבָאָרוֹתָה enim notat iter fecit & אָרֶחֶת iter, via. Basili-

Ius hic: Via vita dicta est propter uniuscujusque generati se-
stinationem ad finem. Nomen חַטָּאת peccatorum hic non
quendam, sed perpetuum actum designat. Radix חַטָּאת, quod
sagittariorum proprium, quando a scopo praefixo aberrant.
Jud. XX, 16, est proprie aberrare a scopo, abire. Hinc mora-
li notione est, eum scopum actionibus suis propositum habere,
qui longe ab sit a vero scopo. Sunt חַטָּאות qui non ignoranter
sed studio peccant. Dicuntur in N. T. ἀπαρτωσι juncti publi-
canis. Haec significatio tum ex Climate patet, tum ex eo, quod
eis attribuit propriam viam. In talium via vel vivendi ratio-
ne nequam standum, perseverandum minime. לֹא עֲמָד potest verti, non substitit, persistit, insilit, moram denotat,
Oz. X, 9. Ecclesi VIII, 3. In via adeoque peccatorum sta-
re h. l. idem est, ac cum notorii peccatoribus eadem malitio-
se peccare. Videamus igitur, ne in via peccatorum consista-
mus, sed sicubi in eam desfiximus, flecti & reduci nos a Sp. S.
petamus. Ps. CXXXIX, 24. & CXLIII, 10. Fugiamus viam
impiorum que lata appellatur Matth. VII, 13. Lætemur potius,
qui Viam arcam ingredimur.

וּבְמִתְבָּלֵעַ לֹא יָשֵׁב & in cathedra derisorum non se-
dit. Tertius gradus extreme malitiosorum, derisorum, qui
non tantum mala cogitant in corde, eaque proferunt ore,
exsequuntur opere, sed etiam in sua gloriантur malitia,
& in cathedra, Syrus, LXX, Aquila, Symmachus,
Vulg. reddunt. Chald. & in cœtu, congregatio-
ne. Luth. utrumque & conventum & cathedram sive sedile
expressit:noch sihet da die Spotter sihen. Notat enim
haec vox generatim locum terram habitationis, Ps. CVII,
4,7. Lev. XXV, 29. 2. Reg. II, 19. &c. confessum aliquem

Ps. CVII, 32. Sedile 1. Sam. XX, 24. Job. XXIX, 7. In tali ergo pravo confessu nullatenus figendum est tabernaculum ubi sedent. Beati enim hominis nota est fuga mali. Jer. XV, 19. 2. Cor. VI, 14. Ephes. V, 8. 11. Prov. I, 10. 2. Thess. III, 6. Radix γενερος illudere, cavillari, habere pro ludibrio. Ps. CXIX, 51. Superbi vel protervi γενερος me irrident. Prov. XIV, 9. stulti γενερος deridebunt delictum. Luth. Die Gottlosen treiben das Gesetz mit der Sünde. Prov. II, 14. qui letantur facere malum, exultant in perversitatibus mali. 2. Cor. II, 17. qui κατοιλεύσοται τὴν διάγειαν, qui ludo jocoque habent, optima queavis eludere, & pessima palliare. 2. Tim. II, 17. 1. Tim. IV, 1. & 2. 2. Petr. II, 12. seq. Judæ 10. seq. Joh. VIII, 44. Eph. IV, 18. 19. LXX. habent λαυδίαν. Aquila χλυνάσας. Vulg. & in cathedra pestilentia. Sunt igitur γενερος irrisores, homines superbi, contemnentes alios præ se, neque sani quicquam audientes & admittentes. Quales in erro λοιμῷ pestes cum LXX dici possunt, In horum hominum confessu, nequam sedet, non certum sibi pedem figit Pius. Talis voluntaria & constans commoratio hoc verbo innuitur. εἴη enim notat commorari, securum esse, in utramvis quasi aurem dormire, ut supra jam ejusdem naturam & vim indicavimus. Patet vero ex hoc v. 1. & 2. quosdam esse in Ecclesia tantum nomine, non re. A quorum enim societate exire debes, illi non sunt vera Ecclesia membra. Quia vera vera Ecclesia membra sunt templo Sp. S. 1. Cor. VI, 19. Eph. IV, 6. confer. Joh. X, 27. Cant. IV, 10. Eccl. LXI, 10. Ps. XLV, 14. Colos. II, 19. Eph. IV, 16. Errant itaque omnes qui omnes Ecclesiæ doctrinam profitentes pro veris Ecclesiæ membris habent, quamvis nec vera fide sint praediti, nec novitate vitæ ambulent. confer. Apolog. A. C. Artic. XIV. p. 144. Errant quoque qui putant, Ecclesiam non esse veram, in qua aliqui mali reperiantur; cum beatus sit is, qui non abiit in consilio impiorum &c. Verum improbitas hominum in Ecclesiæ membris manifestatur. 2. Cor. II, 9. 2. 22. VXX. v. 1 cle4

clesia vel manifesta vel ex hypocrisi tecta. Si manifesta , ex-
communicatione debet rescindi 1. Cor. V, 4. & de ea separatio-
ne loquela est in hoc loco : Sin hypocrisi tecta fuerit , reliquis
membris non decedit inde quicquam.

¶ 2.

כִּי יְמֵם כַּחֲרוֹת יְהוָה הַפָּזֶן sed in lege Jehovæ voluptas ejus. Sequitur beatitatis descriptio affirmativa , seu alterum Propositionis membrum , quo beatitudo vera hominis ~~וְאַתָּה~~ ~~סִירֵי~~ de-
scribitur v. 2. & amplificatur v. 3. Chaldaeus : sed in lege JEHOVÆ
voluntas & voluptas ejus. Eodem fere modo Syrus & LXX : ~~אַתָּה~~
~~בְּכָל~~ ~~תְּמִימָה קְעֵגֶל~~ ~~תְּמִימָה מְצֻבָּה~~. Vulg. Ied in lege Domini
voluntas ejus. **כִּי אַתָּה** quando conjunguntur , frequentissime
adversative capiuntur , per sed exposta El. LIX , 2. Deut.
XVI, Gen. XL, 14. 1. Reg. XXII, 31. & hoc loco atque
v. 4. Circa studium inquirendæ beatitatis quod Psaltes hic
commendat , requiritur (1) intimus amor & oblectatio (2) in-
defessa tractatio seu meditatio. **תְּמִימָה** est , projecta v. g. ma-
nu demonstrare & designare ; maxime cum construunt interveniente **בְּ** cum accusativo intento digito ducere Ps. XXV ,
8. peccatores ducit in viam , ut via sua relicta ; in ea ambulent,
que ducit ad beatitudinem. Talis via indigitatio est **תְּמִימָה**.
Rad. **תְּמִימָה** projiceret quodvis , lapidem , sagittam , sortem &c.
Pluviae & serinoni sepe accommodatur & idem significat quod
rigavit , docuit : Of. VII, 3. c. X, 12. Ps. XXVII, 11. Prov.
V, 13. Jes. II, 3. Metaphora desumpta a guttis pluviae , quod
doctrina minuatinus quasi animis discentium instilletur eosque
irriget & instruat. Hinc est **תְּמִימָה** ex Hiphil & notat in gene-
re omnem doctrinam , in qua instituitur aliquis , quasi verbo-
rum jaestationem dices. In specie est doctrina qua de DEI
voluntate formandisque moribus homines instruit. Nostro
hoc loco videtur intelligi Canon integer , ille quidem prout

B 3

cir-

circa tempora Psaltis. Postea hac voce expressa omnis divina revelatio literis mandata Jef. VIII, 20. Jef. I, 20. IIIX, 16. V, 24. Intelligitur hic lex quæ dicit ad salutem. Nulla vero lex dicit ad beatitudinem nisi lex fidei. Rom. X, 6. 7. 8. 9. 10. conf. Jer. XXXI, 33. Ec. LIV, 13. Totum igitur foedus gratiæ hæc vox complectitur. In genere quidem ad verbum DEI imprimis tamen ad Evangelium his verbis respicitur. Categorica enim beatitatis descriptio, adæquate est ex Evangelio, non ex lege Ps. XXXII, 1. 2. Rom. I, 16. 2. Cor. III, 6. 7. Matth. XI, 28. Gal. II, 15. 16. Rom. X, 5. 6. Ephes. II, 8. Rom. IV, 13. Effectus porro hoc ostendit, qui est ex Evangelio Rom. IIIX, 28. & hic v. 3. conf. Jac. I, 25. Gal. IV, 26. 30. 31. V, 13. Rom. IIIX, 15. Nos itaque hac voce omnes Scriptura libros, in quibus voluntatem DEI habemus, intelligimus. In primis tamen **Evangelium** hic significat, latum illud de **JESU CHRISTO MESSIA** nuncium, quod corda nostra instar pluvie secundum irrigat, & **JESU CHRISTI** sanguine vivificat, ut se beata esse agnoscant. Ec. II, 3. lex ex Sion, Evangelium Jer. XXXI, 33. Ec. XLII, 4. Et in N. T. Rom. III, 27. appellatur **Lex fidei**. Varias vocis **תורה** significationes vid, apud Flac. Clav. Script. Part. I. voc. Lex. **תורה** descendit a verbō **תורה**, sicut Gen. XXVII, 28. Eccl. II, 22. c. XI, 3. Job. XXXVII, 7. Jef. XVI, 4. Ex tribus Temporum formis contextum est; habet enim a Futuro initium, a Præsenti medium, a Præterito finem, ita ut in partes disolutum tantum sit, quod **תורה**, h. e. qui Erit, Est & Fuit.

conf. Apoc. I, 4. ὁ ἦν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐγένετο. Indicatur hoc nomine Deum esse Ens Entium sine causa, & tamen omnium rerum causam esse. Notat purissimam & simplicissimam DEI essentiam eternam atque immutabilem Exod. III, 14. 15. Ebrei

חַמְבּוֹרֶשׁ שֵׁם הַנְּכָבְדָה וְהַנָּרוֹא, item
 vocat ex Deut. XXVIII, 26. Hoc nomen DEO tantum competit. conf. loca quæ
 & uni & soli DEO adscribunt. Exod. III, 14. חַדְרָה דָּדָה. Hoc XII, 5. Dominus Deus exercituum
 JEHOVAH זְכֹר יְהוָה לְעוֹלָם. LXX: μνησόσθενος. Ef. XLII, 8. Ego
 gloriam meam sculptilibus Exod. XV, 12. JEHOVAH Vit
 belli, יְהוָה nomen ejus. Ef. XLIX, 2. JEHOVAH nomen
 ejus. Ef. LI, 15. Jer. X, 16. Jer. XXXI, 35. &c. Cum ex-
 clusione aliorum tribuitur hoc nomen DEO Ps. LXXXIII, 19.
 Cognoscant omnes quod soli tibi sit nomen
 בְּיַהֲוָה שֵׁם יְהוָה, quod soli tibi sit nomen
 יְהִי עַל־יְהָוָה altissimum supra universam terram. Ef. XXXVII, 20.
 Tu es JEHOVAH solus. Omnia καρίσμα nominum propri-
 rum habet: ꝑ emphaticum non admittit nec suffixa; μοναδικό^ς
 est ubique; in regimine seu statu constructo nupsiam occurrit;
 litera (י), iod praeformativa nominis proprii adest. חַפְשׁוֹ Vers.
 Chald. Syri. LXX. & Vulg. vid. supra. חַפְשׁ hic notat voluntati-
 tem primitam, minime coactam. In his ergo S. Literis omnis
 delectatio pitorum sita est. Notat haec vox tererrimum affe-
 ctum, quo erga rem deamatam ferimus, qualis v. g. est inter
 sponsum & sponsam deamatam conf. Gen. XXXIV, 19. Esth.
 II, 14. cap. VI, 6. Deut. XXI, 14. 1. Sam. XIX, 1. Jel. LXII,
 4. in primis conf. 1. Sam. XIII, 1. ubi נְחַפְשׁ, reciprocus inter
 Davidem & Jonathanem amor describitur per amorem חַפְשׁ.
 Notat porro talern delectationem qualis solet esse in gemmis,
 quæ dicuntur, אַבְנֵי חַפְשׁ Jel. LIV, 12. Notatur ergo hoc loco
 intentissimus plane amor erga Verbum DEI, siud addilendi,
 huic placandi, eique obtemperandi. Sic pius delicias suas
 querit non in vanitatibus mundi, sed in solo DEI verbo, ad
 æterna gaudia veraque delicias nos inducentem; Sicut atque elu-
 id justitiam in verbo DEI ostendam; hoc ceu thesaurum vel
 manuorū D. XXXI, 12. XXXII, 12. XXXIII, 12. spons-
 ois

sponsam suam unice querit & amat ; non tantum delectatur verbo Domini , sed nullam voluptatem nisi in verbo Domini habet.

וְבָהָרֶתּוּ יְהֹנֵה יוֹם וְלַילָהּ Et in lege ejus meditatur die ac nocte . Hoc suum studium internum circa S. literas probat pius facto ipso , dum meditatur in verbo DEI . Non est super vacua Nominis repetitio loco Pronominis . Kimchi & Aben-Estra elegantiam sermonis nominant , ubi loco Pronominis ipsum Nomen repetitum venit . Repetitur tanquam chartum & preciosum quid . Est igitur in lege ejus , id est , & in ea ipsa . conf. Gen. IV, 23. XII, 5. 1 Sam. XII, 11. Gen. VI, 9. **הַנֹּחַ** Futurum pro Præsenti . Quo hic indicatur actus continuus & perseverans . Meditabitur , h. e. perpetuo meditari solet , in lege DEI sese exercet sedulo , & de ea cum sibi in corde , tum aliis ore loquitur , quod utrumque verbum **הַנֹּחַ** complebitur , utrumque vero ejus significatum probant loca : de corde Ps. XIX, 15. Meditatio cordis mei coram Te. conf. Ps. XLIX, 4. Ps. LXIII, 7. de Ore Ps. XXXV, 28. Lingua mea loquetur **הַנֹּחַ** sapientiam . Prov. XXV, 7. 8. **הַנֹּחַ** itaque idem est quam loqui ore & corde ; palmaria tamen acceptio juxta Buxtorfium est , qua a mente ad os demum transfertur . R. Salomon Jarchi , Aben-Estra , Kimchi referunt ad Cor , & adducunt locum Ps. XLIX, 4. alii ad Os , ut sit loqui . Nos Buxtorfii sententia quam adduximus subscriptimus . Notare se. in primis sollicitam agitationem mentis , valde rem aliquam intentum esse , cum quis secum loquitur Prov. XV, 12. aut devote expendit DEI mirabilia Ps. LXVII, 13. Ps. CXLIII, 5. Meditatione enim elicetur una cogitatio ex alia . Ad os animalium relatum , significat motionem seu sonum ex motione natum , cuique proprium , loquacitatem , rugire , gemere , Et. LXIX, 11. Ps. XXXV, 3. 8. Ps. XXXVII, 30. Ps. LXXI, 24. Et. XXXIX, 14. cap. XXXI, 4. Descriptionem

hic

hic habemus illorum, qui meditantur verbum Dei corde, alios
informant, aliisque proposita vita, moribus factisque expi-
munt. **וּמָסֵךְ וְלִילָה:** LXX. πάνεγος καὶ νυκτός. Ita & Vulg.
item Lutherus. Est descriptio ejus, quod sine intermissione sie-
ri debet. Paulus expressit voce διαλείπτως 1. Thess. V, 16.
Christus πάντοτε καὶ μή ἕκκαθαίνει Luc. XXIX, 1. Proverbialiter
studium indefessum notat, ubi cessante effectu manet affectus:
ita ut inter alia negotia obversentur tamen nostris mentibus DEI
mandata. Davides noctu se etiam DEI recordari ait, Ps.
LXXVII, 7. & XCII, 3. & CXIX, 55. 62. De sacrarum enim
literarum studio rectius, quam Horatius de Gracorum scriptis
dicere possumus:

vos exemplaria saora
Nocturna versate manu versate diurna.

Nazianzenus L. I. de Theol. postquam ex hoc versu omnes ad
scripturæ lectionem hortatus esset, mox addit: Imo sapient de
DEO cogitare, quam spirare debemus, μημονεύεσθε Θεός μᾶλ-
λον οὐδὲν παντεύεσθε. Itaque consilium Pauli huic rei adhibe 1.
Tim. IV, 15. Hæc meditare, in his esto, ταῦτα μελέτα, hæc cura,
his intende. Singulas intercurrentes horas asperge orationibus
ejaculariis. Hoc commendat Augustinus Epistola 121. ad Pro-
bam, qui eas orationes vocat raptim jaculatas; dicitque ea de
causa fieri, ut intentio vigilanter erecta, non evanescat atque
hebetetur. Sic meditaberis die ac nocte; Beatus ergo ille est,
qui in lege DEI meditatur die ac nocte; Vox enim beatus
subintelligitur, in hoc hemisphærio, sicut in præcedenti: Fe-
lix est, qui non abiit in consilio impiorum, in via eorum non
sterit, & in cathedra derisorum non sedit, felicior, cuius vo-
luntas & beneplacitum in lege DEI, omnium vero felicissi-
mus est, qui his adjecerit perpetuam deo ac divinis contem-
C pl-

plationem, ut fonte invento rivi non arescant; & radice ob-
 tenta, fructus uberiores fundantur, & folia letius videntur.
 Egregie Ambrosius in Ps. CXVIII. Tota die in lege meditare,
 non perfunctoria tibi debet esse transcurso. Si agrum eme-
 re velis, si mercari domum, prudenter adhibes, & quod juris
 sit diligenter consideras: & ne in aliquo forte fallaris, tibi
 ipso non credis. At nunc tu ipse emendus es tibi, de tuo pre-
 tio cogita. Considera qui sis, quod nomen habeas, quid acqui-
 ras tibi: non agrum, non pecuniam, non gemmarum moni-
 lia: Sed JESUM CHRISTUM, cui nulla possint pretia,
 nulla ornamenta conferri. Adhibe tibi Magnum Consilia-
 riū JESUM DEI Filium, ut acquiras Patrem. Commen-
 datur hoc versu juge verbi divini studium, in quo vera beatifi-
 tudo consistit Joh. V, 39. XVII, 13. & XX, 31. Et doce-
 mur his, normam credendorum & faciendorum verbum DEI
 esse, scripturamque Sacram perfecte & sufficienter tradere
 omnia illa, quae ad vitam Christianam & fidem necessaria
 sunt, tanquam regula adaequata & unica in rebus fidei &
 religionis, quia is pronunciat felix, qui delectatur lege DEI &
 in ea meditatur. Peccant igitur Pontifici, qui ἐθελούσκεις
 propinrant, Matth. XV, 9. Eccl. XXIX, 13. Deut. XII, 32.
 Remittimus ad solas scripturas, quod in illis habeamus vitam
 eternam, Act. XXVI, 22. add. locum Act. XX, 27. Itaque,
 si consilium de salute universum tradidit Apostolus, nihil au-
 tem tradidit praeter ea, quae in Mose & Prophetis habentur,
 tum omne consilium nostrum in Sacra Scriptura revelatum
 est. add. Joh. XX, v. ult. 2. Tim. XVI, 17. Refutantur
 ex hoc loco porro, qui spreto DEI verbo raptus coelestes ex-
 pectant: ad legem enim DEI remittit nos Spiritus S. ut eam
 meditemur. Refutantur Pontifici, qui laicos a scripturarum
 lectione arcent. Verbum enim DEI omnibus est legendum.
 Quem-

posita & commendata , ut legatur saturaris informationis gratia , ita nemini interdicenda , nec quisquam cuiuscunque sit status aut sexus a lectione & scrutinio ejus arcendus est . Patet id ex hoc Psalmo , in quo predicantur beati ii , qui in lege DEI meditantur die ac nocte , quo jure ergo ad solos Clericos lectio verbi divini pertinet ? Nisi forte & præcedentia , non abire in consilio impiorum , non stare in via peccatorum &c. velis non omnibus convenire . Omnibus quippe destinata est Scriptura , ut saturiter informetur ad salutem & vitam æternam . Confer loca in quibus celebrantur illi e laicis , qui Scripturam legunt , tanquam beati , ut v. g. extra præsentem locum , P. C. XIX , 2. i. Joh. IV , 1. Thess. V , 20. Quibusunque ergo Scriptura Sacra hoc fine destinata est , illis omnino permittenda est ut legatur . Atque omnibus . E. Conf. loca Joh. V , 39. 2. Petr. I , 19. Act. XVII , 11. 1. Thess. V , 20. Rom. XVI , 26. 2. Petr. III , 17. Conf. quoque exempla illorum , qui quamvis Doctores & Pastores Ecclesiæ non essent , Scripturam tamen perlegerunt assidue , ut Ezechias , 2. Paral. XXXI , v. 21. Josias c. XXXIV , 30. Eunuchus Æthiops , Act. XIX , 28. & Berhoënses qui Pauli verbum suscipiebant cum omni aviditate , nihil omnisi quotidie erant *αναγινωριστοι της γενφας* & perscrutabantur scripturas , num hæc ita haberent ? Act. XVII , 11. Hinc egregie Hieronymus Hom. IX. ad Coloff. inquit , Audite obsercro SECULARES OMNES , comparet vobis Biblia anima Pharmaca . Similiter Theophylactus super VI. Cap. Eph. Si vis , obedire filios tuos , institue eos divinis sermonibus . Neque dicas , RELIGIOSORUM TANTUMmodo ESSE LEGERE SCRIPTURAS , CUJUSLIBET enim id Christiani est , & eorum maxime qui in mundo versantur .

quanto majore ipsi auxilio indigent , ceu in tempestate agentes . Errat quoque Bellarminus qui ex his verbis Tom. V. col. 3. ex h. l. probare vult , affectualem legis impletionem sufficere . Verum ἀνίγεσθαι plane est Deut. XXVII, 26. Gal. III, 16. Matth. V, 19. 1. Joh. III, 8. Jac. II, 20.

¶. 3.

וְהִיא כַּעֲשָׂה לְלִגְיָה מִסְתָּר Et erit ut arbor plantata ad rivos aquarum . Post declarata p[ro]i studia sequitur jam descriptio insignis felicitatis , qua[rum] p[ro]i manet & Simili illustratur . Similitudo desumpta ab arbore (1) sativa qua[rum] convenienti loco sit sita , (2) frugifera , qua[rum] fructum det suo tempore , & (3) perpetuo vidente , qua[rum] nunquam non floreat . Quibus denique (4) subiungitur applicatio ad Virum nostrum , quod sc. hunc plane in modum , eidem omnia qua[rum] agit prospere succedant . Transit autem ad hoc Simile per copulam (1) quam Syrus & Lutherus omitunt , ceu nudam conversivam præteriti ; Junius & Piscator reddunt : enim , Pl. LIX , 13 . Prov. XLI , 18 . Genebrardus in Commentario . Et , ait , emphatica particula . Sane erit sicut arbor non sylvestris , non sterilis , sed frugifera . Alli existimant : Copulam Vav hic ab initio cauilem esse , ut alibi El. LXIV , 5 . Pl. CVIII , 13 . 1. Reg. XVIII , 3.4. El. III , 7. 1. Sam. XIV , 24 . Si (1) pro conversivo acceperis הַיְהָ reddendum (erit :) in Præfenti cum Lutheru[rum] Der ist ; sicut unanimiter reddunt Targum , Syrus , Arabs , LXX , Vulg . Lutherus . Utrumque enim & Prafens & Futurum per Præteritum non raro exprimitur . Vid . Glass . Phil . S. L. III . Tract . III . Can . 46 . Parum vero interest , quomodo (1)

red-

reddatur, sensu manente salvo. Singula nunc considerabimus
Membra. Targum: Et erit sicut arbor vitæ plantata juxta ri-
vos aquarum. Syrus & Arabs eundem fere in modum. LXX.
καὶ ἔσαι ὡς τὸ ξύλον πεφυτευμένον οὐχὶ τὰς διεξόδους τῶν οἰδάτων.
Omnes in unum fere modum οὐχ οφελήσοι. **בְּנֵי כָּהָה** sicut
lignum, arbor. **בְּנֵי** lignum proprie significat tam aridum quam
viride. Sumitur hic pro arbore, olea vel palma, que folia non
amittunt & quibus pii comparantur, Ps. XCII, 13. Jer. XVII, 8.
Unde Chaldaeus addito epitheto insuper **בְּנֵי** vitæ q. d. vivida,
virescens reddit. Quamvis vero fortasse de olea, lauro, myrto
cupresso & similibus in genere hæc accipi possint, Palma ta-
men hic videtur indigitari. Proprietates enim singula in hanc
quadrant: primo toto anno bibere amat Exod. XV, 27. Joseph.
Antiq. L. III. c. 1. secundo folia non amittit Ps. XCII, 3. In specie
Arabs fructum Palmæ dactylos exprimere videtur. **שְׁתוֹל**
transplantata: Verbum **שְׁתוֹל** proprie est transplantare e loco
uno in alterum; in eo enim à **עַתָּה** differt, quod hæc radix plan-
tationem in genere quamvis Eccle. III, 2. Devt. XVI, 21. Gen.
II, 8. &c. notet: ita vero plantæ potius translatae insertio-
nem dicat, ceu patet ex Ezech. XVII, 22. conf. Ps. CXXIX, 3.
& lege totum Caput Ezech. XVII, impr. v. 8. 10. 22. 23. Aquila
per μεταπεφυτευμένον expressit, ut meminerunt Origines in Ca-
tena & Ambrosius in Commentario. LXX. πεφυτευμένον. Varii
vero stirpium propagationis modi sunt. De quibus & P. Vir-
gilius, Georgicor. Lib. II, v. 20. seq. Et de hoc nostro, qui per
transplantationem per ramulos in specie suscipitur, ibid. v. 23.
seqq. Tria vero hoc loquendi genere indicantur (1) quod pii
ejusmodi sint arbores, quæ ex loco sterili, e misero peccati
deserto Eph. VI, 18. Gen. VI, 5. Rom. VI, 21. item 19. trans-
latæ nunc sint, & insitæ in oleam felicissimam Rom. XI, 7. seu

vitem veram Joh. XV, 1. nempe JESUM CHRISTUM.
 (2) Quod non propria virtute sed manu Hortulani Joh. XV, 1. in amenum Ecclesiae paradisum transplantentur, regenerentur. (3) Quod in hoc demum statu bene habeant, pinguedinis oleæ participes Rom. XI, 17. Röm. VI, 22. Primum hocce itaque (plantatio nempe arboris typicæ juxta aquas) regenerationis Symbolum sive insitiois Beati Viri in Ecclesiam, cuius caput Servator noster. Quemadmodum enim ab Hortulano arbor fera, ex sterili loco transplantatur in irriguum solum: ita ex mera DEI gratia Matth. XV, 13. 1. Cor. IV, 7. 2. Cor. III, 5. natura filii iræ Joh. III, 6. Ephes. II, 3. ex statu mortis Rom. V, 12. transplantantur in JESUM CHRISTUM vel Ecclesiam Pf. XCII, 13. 1. Tim. III, 15. juxta rivos aquarum h. e. mediante Spiritu Sancto per verbum Es. XLIV, 3. Rom. X, 14. & Sacramenta, in primis vero hoc in loco per Baptismum Joh. III, 3. Eph. V, 25. Tria vero ista, stare, vigere, florere, egregie hic exponuntur, ita ut istud, nempe transplantari secus rivum, statum & habitum fluentem ex insitione hac: istud, dare fructum bona opera seu flores: hoc vero folium non decidere, benedictionem DEI, que bonum quod incepit, conservat in vigore suo describat. Sunt enim, qui, hac fortia Participi Paul insinuari quoque passionem durantem omnino stabilemque putent q. d. arbor quæ plantata adhuc est, conflanterque ita manet. עלי פָלָגִי מִכְבָּר super, supra לְעֵדָה alias proprie significat. Radix עלה ascendit. Hic juxta, secundum, prope, ad, notat, sicut עט etiam accipitur Pf. XXIV, 2. CXXXVII, 1. Exod. XIV, 9. Gen. XVI, 7. & פָלָגִים עַל פָלָגִי in Regimine Radix פָלָגִי divisi. AbenEsra reddit juxta unum rivotrum Jud. XII, 7. Jon. I, 5. Ubi habemus numeri pluram lis

lis pro uno ex pluribus sumpti exempla. Vid. Glaff. Phil. S. L. III.
 Tract. I. p. 90. Buxtorfius cum Aben Esra sentit ac reddit pariter:
 juxta unum aliquem rivorum; ut statuatur Ellipsis adjectivi **רָאשׁ**
 vel **תְּמִימָה** Gen. XIX, 29. Alii de utroque latere intelligunt, uti
 Ezech. XXXVII, 12. dicitur: **סִירֵ מִזְרָחָה** q. d. ex utraque parte
 juxta torrentem ascendet arbor. Addunt loca ex quibus probant,
 hanc phrasin, latus nempe utrumque, inferte quandoque Pluralem Numerum; Gen. XXVII, 6. c.XXX, 4. c.XLV,
 14. c.XLVI, 29. Existimamus tamen, Numero Plurali heic
 copiam atque abundantiam aquarum indigitari. Radix enim
 est פְּלִגִּים, פְּלִגִּים divisiones aquarum, ut adeoque
 arbor nobis heic intelligatur inter decursus varios, inter loca
 irrigua juxta regulam notissimam: Substantivum aliud ejusdem
 notionis regens, evidentiam & Auxilium & superlativam locu-
 tionem non raro insert **עַל פְּלִגִּים** est et juxta copiosissimas
 aquas. Pl. XI, 6. Pl. XXXII, 5. ζΦΘ τε σκότος, caligo tenebra-
 rum h. e. densissimæ tenebræ, 2. Petr. II, 17. Jud. v. 13. Glaff.
 Phil. S. L. III. Tract. I. Can. 16. Cap. 32. Notum quoque est,
 Scripturam Sacram, quando ab aquis defumpta similitudine abun-
 dantiam donorum divinorum (qualia intelligenda hic esse ver-
 bum nempe DEI & Sacraenta) depingere solet, semper sere
 multitudinis numero uti. Jes. XII, 3. c. XLI, 18. c. XLIV, 3. c.
 XLIX, 10. c. LV, 1. Ezech. XXXVI, 25. Zach. XIV, 8. Joh. VII,
 38. &c. Ex integra itaque phrasí Paradisus hic irriguus undique
 versum insertur. Id enim cognata notionis hæc vocabula
פְּלִגִּים, sicut hæc atque his similia: aquæ diluvii, terra put-
 eris, cœnura luti, flamma ignis &c. volunt. Tales vero
 rivi sunt fluenta gratia divinae Spiritus S. verbi, Sacramen-
 torum: ex quibus Pio perpetuus subministratur succus atque vigor

con-

contra æstum iræ, crucis &c. Ec. XLIV, 3. c. XLIX, 10. c. XLI, 18. c. XII, 3. Zach. XIV, 8. Et quemadmodum arbores ad rivos plantatae fertiles, imo sanguis eas fertiles reddere dicitur, sic filius DEI sanguine suo proprio nos conspersit, in baptimate rigavit, ut abeunte fructum feramus, & fructus noster maneat, Joh. XV, 16.

אֲשֶׁר פָּרַי יְהִז בְּעֵת Quæ fructum suum dat in tempore suo. Fructuum productio: alterum in ordine hoc Symbolum sanctificationis, nempe vitae, ad DEI gloriam & commune bonum. Chaldaeus: quæ fructus suos **מִבְשָׁל** seu maturat in tempore suo. Syrus: & fructus suos dabit in tempore suo, LXX, ἐστὸν καρπὸν ἀντὶ θάσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. **ה פְּרִיה** pro **פְּרִיה** mutato in () Radix **פְּרָה** fructuosum esse, fructum ferre. Confer. Hebr. **אַבְּכִים** spica, novæ fruges, **Die Erslinge** Exod. IX, 31. Communiter de bonis operibus exponitur, quæ non possunt non bonam sequi arborem, quo istud Matth. VII, 16. 18. referunt. **יְהִז** dat, h. e. dare solet. Tempore enim Futuro Ebræi utuntur in sententiis generalioribus, cum actus significatur continuus Job. III, 20. Gen. VI, 21. Glas. Phil. S. L. III. Tract. III. Can. 48. Pius est velut arbor quæ non est sterilis, sed fructum suum non tam fert quam largiter donat. Id enim verbum **נָתַן** significat, Zach. VIII, 12. Ps. LXVII, 7. & LXXXV, 13. Marc. IV, 18. Varias hujus vocis significaciones vid. apud Glas. in Phil. S. L. III. Tr. III. Can. 1. 11. & 15. **תָּעַט** tempus opportunum, tempestivum. Radix **תָּחַר** tempeslive, opportune locutus est Ec. L, 4. Pii in tempore opportuno toto sc. hujus vitae tempore, quod est bene operandi tempus, fructus suos proferunt, charitatem, patientiam &c.

וְעַלְהוּ

& folium ejus non marcescit. Ter-
tium hoc, constans vigor atque viriditas, Symbolum perseveran-
tiae finalis in bono atque connexa huic perpetua felicitate se-
quitur. Chaldaeus: & folia ejus non decidunt. Syrus eundem
in modum. Arabs: & folium ejus non defluet. LXX: καὶ
τὸ φύλακον αὐτὸς εἰναι ἀπορρύστερος. Vulg. & folium ejus non defluet.
Illud non decidere ex Ebræo Idiomate de promtum, quod &
contrarium, nempe malum potentissime removet & ponit bo-
num opulentissime. עלה folium, sive plantæ sive arboris,
Singulari pro multitudine posito, ut sèpius fit in S. literis. Ra-
dix עלה ascendit. נבל בצל proprio de herbis, foliisque di-
citur, estque marcescere, flacescere, exarescere, ubi herbae vel
folia ob defectum succi interioris, & sumque nimium externum
tabescunt. Jes. XXXIV, 4. cap. XL, 7. 8. Jes. LXIV, 6. P. XXXVII,
2. &c. Ad homines transfertur, quando vitali succo exau-
riuntur. Exod. XIII, 17. Jithro, sacer Mosis, ad eundem ait:
Non bonum quod tu facis, נבל חבל marcescendo, h. c.
omnino marcesces. Unde נבל de cadavere dicitur; Imo
per Metaphoram נבל est stultus, insulsus, fatuus. Quando
igitur iusti folia non amittere dicuntur, indicatur gratia divi-
na benedictio, quæ hanc tam probitatis, quam fortunati sta-
tus gloriam piis continuo largitur. Queritur vero, quomodo
arbor folia haud dimittat, cum tamen experientia testetur, &
illarum arborum, quæ ad fluenta aquarum confite sunt, folia
decidere? Plerique referunt ad Palmam, quæ non solum oneri
superius imposito haud cedit, sed & gaudens riguis, imprimis
vero scaturientibus agris, folia nec post decerpsum fructum
abscindit. Plin. L. XIII. c. 4. Gellius L. III. Noct. Attic. c. 6. Theop.
L. II. de plantis c. 4. Talis arbor igitur vicissim est pius: semi-

D

per

per sui simillimus , hyemis & aestatis vim patienter tolerat ,
semper vivus , semper vires , semper alacer , semper frondens ,
ob perpetua Spiritus Sancti fluenta , omnes amœna umbra ob-
lecktans ; vernal , viret , floret perpetuo ; ideo felicitas & beatu-
tudo ejus constans & perpetua est . Ps. CXII , 3 . 1 . Tim . IV , 8 .

וְכָל אֲשֶׁר יַעֲשֵׂה יְצִיחָה & omne , quod faciet , prospere
cadet . Nonnulli hæc accipiunt tanquam partem similem de
arbore : Alii vero melius ceu ipsam similitudinis ad Pium ap-
plicationem , ut cohæreat cum initio versus : Et erit (justus)
ceu arbor , & omnia , qua faciet , prospere expediet . Chaldæus
refert ad arborem : Et omne germen ejus quod germinat , gra-
nescit & proficit , quem sequuntur præter Rabbinos e Chri-
stianis nonnulli . Verum commodius Aben Esra ad hominem
comparatum ligno refert ; Illud enim universale cui præter ne-
cessitatem restringeremus ? Ita Syrus : & omne quod agit perfic-
it . Arabs : & quicquid operabitur , perficietur . LXX : καὶ πάντα
ἔργα τὸν κατευδομένηται . Vulg : & omnia quæcunque facit ,
prosperabuntur . Vide candem plane phrasin ac verba in exem-
plis Josephi , qui erat נָבָל prospere agens in domo Potipharis ,
quia JEHOVA cum eo , & omnia qua ipse faciebat , JEHOVA for-
tuhabat in manu ejus Gen . XXXIX , 2 . 3 . Hiskiæ , qui in omni
opere quod coepit in ministerio domus Domini , prospere egit
2 . Paral . XXXI , 21 . XXXII , 30 . 1 . Par . XXIX , 33 . &c . Male
Aben Esra illud omne refert ad dñitias , filios , gloriam . Apo-
stolus Paulus longe latius extendit Rom . IIIX , 28 . 36 . 37 . Jac .
I , 29 . 1 . Tim . IV , 8 . ubi pietas hujus & futurae vita promissa
dicitur habere . עַל יְחִינָה Radix significat ire , pertransire , & dici-
tur

tur postmodum ire feliciter, pertransire prospere, prosperari, Gen.
 XXIV, 21. 40. 42. 56. cap. XXXIX, 2. 3. Jof. I, 8. Jud. XIV, 6.
 1. Sam. XVIII, 10. Nhem. II, 10. Ps. CXVIII, 25. Jerem. XII, 1.
 Transtiva significatio in Hiphil solet accidere ictis verbis, quæ
 in Kal fuere Neutra, uti hoc פְּלִיאָה quod in Hiphil est secunda-
 vit, prosperum effecit. Sic igitur recte redditur, prospere ex-
 pediet sc. pius sua coepita aut facta; quicquid incipit recte, sub-
 manus succedit, ne labori ipsius in Domino sit inanis, 1. Cor.
 XV, 58. sed prosper in omnibus sit successus, ut promissum est
 Pl. XXXVII. Ezech. XLVII, etiam in ipsis malis Rom. IIX. &
 fructus ipsius maneat Joh. XV, 16. Loquitur igitur David de
 felici successu officii, de ea prosperitate justi, qua ejus opera
 divinitus diriguntur & fortunantur. Quicquid enim justus ex
 Spiritu D EI facit, illud non potest non prosperari, licet enim
 piis etiam optima cogitata pessime quandoque cadant, finis
 tamen attendendus. Si porro aspicias prosperitatem illam, quæ
 hujus seculi est, catenus certe justo omnia prospera non sunt,
 plurima enim adversa illi accident. At bene Lutherus Tom. II.
 fol. 6. idem 16. Fideles dum occiduntur crescunt, dum minuun-
 tur multiplicantur, dum subjiciuntur superant, dum expelluntur
 intrant, viscunt dum vincuntur, summæ hoc ipsis prosperita-
 tis est, quod summa infelicitatis. Polanus, Zanchius & alii
 ex hoc v. 3. & ex verbis & folium ejus non decidet, concludunt,
 fidem per peccata graviora, quæ sunt contra conscientiam haud
 amitti, quia renati sint instar arboris plantata ad fontes aqua-
 rum, cuius folia numquam decidunt, adeoque semper floret.
 Verum in hoc loco sermo est de illa arbore, quæ actu adhuc
 plantata est juxta rivos aquarum, de nomine pio non ambu-
 lante


lante in viis peccatorum , de homine fonte vita JESU CHRISTO
 vera fide insito . Non extat quod arbor in alium locum trans-
 lata folium haud dimittat . Contrarium habemus Rom . XI ,
 20. 21. 22. 23. Hinc verba hæc reduplicative intelligi debent ,
 justum sc . non decidere aut arescere , quatenus non ambulat in
 consilio impiorum v . 1. sed in lege Domini meditatur die
 nocte v . 2. etenim & tamdiu est beatus , & arbori frugiferæ
 similis v . 3. Porro , non legit textus : nunquam decidunt folia ,
 sed non , quod de finali marcore intelligendum est , non de con-
 tinuo floris actu . Sequeretur quoque (quia de bonis operibus
 locus agit) renatos ne quidem mala opera proferre posse sed
 semper bene agere , justum semper fructum dare , h . e . fidem
 per bona opera testam facere ; id quod falsum esse , Polani
 hypothesis evincit , qua statuit electos , in peccata contra con-
 scientiam prolapsos , gratiam DEI sospire & quasi incinerare :
 quomodo ergo erunt in perpetuo floris actu ? Quod scripturæ
 & exemplis contrariatur . Adducta ergo similitudine non nisi
 credentis , quamdui in fide permanet , status florens & felix de-
 scribitur : neutiquam autem hac similitudine evincitur , quod ve-
 re pius degenerare non possit atque ita perire . Talis enim ex-
 plicatio aduersatur Domino apud Ezch . X VIII , 24. Ex si-
 militudine , qua pius confert arbori plantata ad rivos aqua-
 rum , docemur porro de regeneratione & sanctificatione nostra .
 Sicut enim hæc arbor nihil à se ipsa habet , in horto irriguo sata ,
 cura hortulani ex sylva illata , vel ex surculo aliunde decerpto
 producta fructus edit justo tempore : sic non renatus haud
 plantatus virtute Spiritus Sancti juxta vulnera JESU CHRISTI ,
 nullam habet vim se transplantandi . Est arbor arida , sterilis ;
 Quæ enim homo ex se habet , malæ sunt cogitationes , imagina-
 tio-

tiones à pueritia, quam primum vivere incipit, Gen. VI, 5, IIX,
 21. Quis ergo est, qui ex se aliquid, quod vitam veram redoleat,
 possit ferre? Agnoscamus singuli impotentiam nostram na-
 turalem, ut tanto humilior de nobis sentiamus; Antequam
 enim in Christo quis sit, non tantum mortuus est, omnis vitalis
 succi expers, sed etiam sub lege seu potestate mortis Gal. II,
 20. Rom. XI, 17. Hof. X, 1. Errat itaque Bellarminus, qui in
 Commentario probare vult ex hoc simili, hominem non rena-
 tum se ad gratiam DEI applicare per se posse, sequi ex simili-
 tudine arboris liberum in homine arbitrium; In arbore enim
 virtutem activam esse, quae concurrat ad maturandos fructus.
 Verum respondemus: Sermonem hic esse de plantatis, seu re-
 genitis: Vires vero liberi arbitrii considerantur & negantur
 in non renato. Secundo hoc probe notandum: Similitudines
 ultra in punctum, in quo cardo collationis vertitur, extenden-
 das non esse: Aut si latius, videndum ne conta analogiam fi-
 dei peccemus. Sic hic similitudo saltem (1) respectu perpe-
 tuandæ felicitatis; (2) respectu causa felicitatis, que est trans-
 plantatio, instituitur, nullatenus vero ad innatam aliquam aeti-
 vitatem refertur. Quantum enim arbor potest in loco sicco
 constituta ad sui transplantationem & irrigationem: Tantum
 etiam homo peccator ad sui conversionem. Hinc non renatus
 comparatur ligno excisò & mortuus est plane in peccatis Eph. II, 1. Eph. IV, 17. 18. 19. Refutari itaque potius
 uti jam ostendimus, ex hoc loco possunt quicunque libero arbitrio
 quicquam virium adscribunt ad fructus bonos ferendos.
 Solum ii idonei qui juxta vulnera Salvatoris plantati; Nullus
 enim fructus bonus invenitur nisi ex Christo, a quo ille Spir-
 itus

tus fertilis emanat : Cognitio Matth. XI, 27. Fides Ebr. XII, 2. Spiritus Joh. VII, 38. Vita Joh. X, 28. Phil. I, 11. Phil. II, 13. Deus est, qui operatur in vobis & velle & perficere. Quid evidentius hoc dicto ~~conveniens~~ voluntatis in conversionis initio excludere posset , cum ipse D E U S t e velle dare dicatur ? 1. Cor. II. v. 14. 15. Joh. VI. v. 44. 2. Cor. III, 5. Coeterum haec similitudo admonitionem suppeditat, videndum esse , ne gratiam D E I frustra accipiamus 2. Cor. VI, 1. sed fructus feramus , quod nisi fecerimus , futurum esse ut exscitadur Matth. III, 8. & VII, 19. Joh. XV, 6. Sint itaque Christiani in fide oleaster , cuius oleum ut supernatat , sic adsit fides sine qua D E O placere non possumus Ebr. XI. In pace & concordia Myrtus , qua pacis fuit Symbolum. In patientia Palma. In humilitate, non quercus Basan El. II, 13. nec laurus patulae Ps. XXXVII, 35. sed Buxus humiliata. In vita non Sambucus sed Juniperus ad bonam fragrantiam. In beneficentia non tribuli & spinæ, sed ficus , olea, vitis.



203



AB 153 258

ULB Halle
003 137 260


3




56.

VD 18

12



Farbkarte #13



B.I.G.

ATIO THEOLOGICA
DE
**PIORUM
CITATE**

*EX
ALMO PRIMO,*

cujus Partem Primam

VANTE DEO,

fissimo Würtembergiae Duce,

PRO LOCO

Theologica rite obtinendo

publico Examini submittit

**ES RUDOLPHUS
SIANDER,**

**Ord. Illustris Stipendii Theol.
tendens, & Ecclesiastes.
atis h. t. RECTOR,**

**ESPONDENTE
ISTOPHORO VARENBULERO,**
Illustris Stipendii Repetente.

27. April. A. MDCCXX.

**TUBINGÆ
Jann Cunradi Reisi viduæ.**